

## SECTIO III.

DE VSITATIORIBVS  
REMEDIORUM FORMU-  
lis ad concoquendos & evacuan-  
dos humores morbificos.

- I. Qua sunt usitatoria remediorum genera ad concoquendos, preparandos, & evacuando vitiosos humores accommodata? & quæ est cuiuslibet dæcis?

**S**INGULIS 4. vitiosis humoribus  
peculiaria remedia sunt inventa cum  
ad extenuandos & præparandos, tum  
ad evacuandos, quæ non tantum sua qua-  
litate, sed & specificis virtutibus humo-  
res vitiosos concoquere & evacuare pos-  
sunt, quorum catalogus & exhibendi  
mensura in sequentibus tabellis com-  
prehenduntur.

Tabella

*Tabella remediorum sanguinem vi-  
tiosum emendantium.*

Sanguinem pu- rificant	Fumaria finstern.
	Lupuli asparagi junger Hopfē.
	Radic. cichoreæ Hindloves- wurzel.
	Fruct. Thamarindi
	Pruna Vngarica.
	Manna.
	Pulpa cassiæ, cocta in seto la- ctis caprini; cuius dōsis est 3j. s.

*Potio sanguinem purificans.*

R. Fumar iæ viridis M. j.

Rad. Cichoreæ 3j. contusa coquantur  
in q. s seri lactis caprini, exhibeantur ma-  
ne ac vesperi 3. v.

Sanguis in corpore verno tempore re-  
dundat, qui si quantitate peccet, nun-  
quam per medicamenta, sed per venæ se-  
ctionem detrahendus est. Mala vero eius  
qualitas præscriptis remediis commode  
corrigi potest.

*Tabula Medicamentorum bilem  
flavam præparantium &  
evacuantium.*

Syr. Violarum	Δῶστις syru-	Hordei
Syr. Rosarum	porum pro	Endiviæ
Syr. de Cichor.	una vice est	Cichor.
Syr. de Endivia	ʒ. ij. cū du-	Lactucæ
Syr. Acetosita- tis citrii	plici men-	Boraginis
Syr. Granatorū	sura aquæ	Buglossæ
Syr. de Ompha- ciis	aut deco- ctionis	Acetosæ Nymphaeæ

*Hauſtus fervore bilis mitigans.*

R. Syr. violarum

Acetositatis citrii an. ʒ. j.

Aq. Cichoreæ

Endiviæ an. ʒ. ij. misceantur, fiat  
hauſtus.

Exhibitentur syrapi cum aquis stillati-  
ziis aut præscriptarum herbarum deco-  
ctis, simul commixtis, ita ut dupla sit a-  
quarum mensura ad syrpos, per tres aut  
quatuor dies mane ac vesperi, donec co-  
lor urinæ immutetur. Semper autem tales  
potiones tepidas exhiberi convenient.

Fla-

Pulpa cassiae		3 j. s.
Rhabarbarum		3 ij.
Hiera simplex		3 j.
Diaprunum foliutivum	quatuor	3 viij.
Flavam bilem evacuant	Electu. de succo rosarum	valida <i>oflosis</i> 3 vij.
	Electu: Leniti. vum	est 3 j.
	Pil. aggregati. vae	3 j.
	Pil. de Rhabarbaro.	3 j.

Hæc pharmaca bilem evacuantia ut plurimum in triplici forma exhibentur, haustus, boli, & pilularum, semperque exhibenda sunt diluculo sex ante prandium horis.

*Haustus biliosus humores evacuans.*

R. Hieræ simplicis 3 j.

Elect. lenitivi 3 f.

Aq. Cichoreæ 3 iv. misceantur, fiat haustus.

*Bolus bilem evacuans.*

Cassiae recenter extractæ 3 j.

Pul. Rhabarbari 3 j. f. misceantur, fiat bolus.

*Pillule bilem flavam eductentes.*

R. Mastæ pil. Aggregatior.

de Hiera simplici

de Rhabarbaro an 3 j.

Gg 4 Dia-

Diagiidii gr. iij.

Cum aqua absinthii formen-  
tur pillulæ n. quindecim.

*Tabula medicamentorum pituitam  
concoquentium & eva-  
chantium.*

Pitui- tæ con- coquunt & ex- tenuār	Mel Rosarum Oxymel simp. Syr. de cala- mentho Syr. de Stœch. Syr. de Menta Syr. de Radici- bus. Syr. de Absin- thio.	quorum <i>Adors</i> est 3 ij. cum aquis stillatitiis aut deco- cto	Fœniculi Hyssopi Betonicae Salviæ Rutæ Absinthii Origani Mentæ Cardonis benedi- ctæ Scordii.
---	---	--	---

In concoquendis & extenuandis hu-  
moribus pituitosis eousque exhibentur  
Syrupi tepidi diluculo & hora una ante  
Cœnam donec in urina signum conco-  
ctionis apparuerit. signū vero concoctio-  
nis perfectæ est aureus urinæ color, & hy-  
postasis alba: imperfectæ autem suppall-  
ida & turbida urina. *Adors* Syruporum  
pro

M E T H O D . M E D E N D I . 705  
pro uno haustu est ʒ ij. cum dupli ci men-  
sura aquarum aut decocti.

H a u s t u s p i t u i t a m c o q u e n s .

R. Oxymellis simpl.

Mellis Rosarum

Syr. è calamintha an. ʒ ij.

Aquarum Hyssopi

Fœniculi

Calamintæ an. ʒ iiiij. miscean-  
tur, fiat potio de qua exhauriantur ʒ vj.  
pro una vice.

Pituita evacu- ant	Folia senæ	ʒ vj.
	Agariæ	ʒ ij.
	Turbith	ʒ j.
	Diaturbith	ʒ iv.
	Diaphœnicon	ʒ j.
	Diacarthamum	ʒ j.
	Electu. Indicum	ʒ vij.
	Benedict. laxativa	ʒ vij.
	Pilu. aureæ	ʒ j.
	Pil. de Agarico	ʒ iv.
	Trochisci de Aga.	ʒ j. f.
	Troch. Alhandali	ʒ f.

Pituitam evacuantia pharmaca, ut plu-  
tinum sub triplici forma exhibentur, po-  
tionis, boli & pilularum, idque perpe-  
tuo in aurora, sex ad minimum horis ante  
prandium.

H a u s t u s p i t u i t a m c u a c u a n s .

R. Diaphœniconis ʒ v.

Gg 5

Dia-

Diaturbith 3 β.

Electuarii Indici Maioris 3 ij.

Aq. Hyssopi

Betonicæ an. 3 ij. misceantur, fiat  
haustus.

**A L I U S H A U S T U S** ex infusione pa-  
ratus pituitam evacuans.

R. Folia senæ 3 ij.

Agarici trochiscati 3 j.

Zinziberis 3 f. contusa macerentur  
per noctem in

Aq. Absinthii

Mentæ an. 3 iij. mane ebulliant le-  
niter & expressa colentur, colatoque ius-  
culo admisceantur

Diaphæniconis

Elect. Ind. Maioris an. 3 j. f. fiat  
haustus.

**B O L U S** pituitam expellens.

R. Diacarthami 3 iij.

Diaphæniconis 3 ij.

Phl. Turbith. 3 f.

Zinziberis

Masticæ

Anisi an. 3. f. misceantur, fiat bo-  
lus, & conspergatur saccaro albissimo.

**P I L L U L A E** pituitam detrahentes.

R. Maf. pil. Aurearum

de Agarico an. 3 j.

Trochiscorum alhandali 3 f. cum mel-  
le rosaceo conformatur pillulae n. quin-  
decim,

METHOD. MEDENDI. 707  
decim, conspergantur pul. cinnamomi, &  
deglutiantur in aurora.

Tabella Medicamentorum atram-  
bilem coquentium & eva-  
cuantium.

Atrā	Syr. de Thymo	quo-	Fumariæ
bilē	Syr. de Epithymo	rum	Melissæ
con-	Syr. de Fumoter- ræ	ðō̄s	Scolopen- driæ
co-	Syr. de Boragine	est	Boraginis
quē-	Syr. de Buglossa	zij.	Buglossæ
tia.	Oxymel scylliti- cum	cū a-	Cetrach
	Syr. de stœchade	quis	
	Syr. de Lupulis	aut	Cuscuteæ
		deco	Origani
		&o	Hyssopi

Et hi syrapi mane & ante cænam ante  
evacuationem tam diu sunt exhibendi,  
donec signum concoctionis in urina ap-  
paruerit; quod ut platinum quarto aut  
sesto die contingit.

HAUSTUS melancholicum humorem  
concoquens & ad evacuationem  
preparans.

R. Syr. de Epithymo.

de Fumo terræ

de Lúpulo an zij.

Aq. Boraginis.

Gg 6 - On

Origani an  $\frac{3}{2}$  iv. misceantur, fiat potio,  
cuius exhibeantur pro uno haustu  $\frac{3}{2}$  vj. Ta-  
les potiones aliquoties reiterandæ sunt  
propter lentorem & contumaciam melan-  
cholici humoris.

Melan-	Veratrū nigrum	$\exists$ ij.
cholicū	Folia senæ	$\exists$ vj.
humorē	Polypodii radix	$\exists$ f.
evacuāt	Epithymi	$\exists$ vj.
	Diasernæ	$\exists$ vj.
	Elect. Hamech.	$\exists$ lida
	Pil. de fumo terre	$\exists$ $\ddot{\text{a}}\text{o}\text{s}$
	Pil. de lapide La-	$\exists$ est
	fuli.	$\exists$ j.

Atram bilem evacuantia remedia ut  
plurimum sub triplici forma administra-  
ri solent, haustus, pulveris & pilula-  
rum.

### H A U S T U S m e l a n c h o l i c o s h u m o r e s e v a c u a n t s .

R. Elect. Hamech.  $\exists$  iij.

Diacatholici  $\exists$  f.

Diasenæ  $\exists$  j.

Aq. Fumariæ

Boraginis

Hyssopi

Scolopendriæ an.  $\exists$  j. aut loco  
aquarum decocti earum herbarum  $\exists$  iv.  
Misceantur, fiat bolus.

P U L V I S M e l a n c h o l i a m e x p u r g a n s .

R. Pul. Foliorum senæ præparatæ  $\exists$  j.

Rad.

Rad. Ellebori nigri præparati  
Cinnamomi 3 s. commisceantur, fiat  
pulvis subtilissimus, & exhibeatur in hau-  
stu seri lactis aut juscule carnis pinguo-  
ris.

P I L U L A Melancholiam detrahentes.

R. Mas. pil. è fumo terræ

è lapide Lazuli an. 3 j.

Pulveris Ellebori nigri 3 s.  
cum syrupo de fumo terræ, fermentur  
pilulæ n. quindecim, degluçiantur in-  
tegræ cum aliquo liquore.

Medicamenta melancholicos humores  
præparantia & evacuantia crebrius sunt  
repetenda. Melancholicus enim humor  
non facile extenuatur, abstergitur, aut  
una vice evacuat, propter crassitatem &  
lentorem. Est enim liquidæ pici persi-  
milis, quæ non facile ablui, abstergite  
potest.

2. Suntne præter hac & alia medicamenta  
præparantia & evacuantia vitiosos hu-  
mores?

Præscripta quidem medicamenta sunt  
usitatissima quæ per alvum vitiosos hu-  
mores evacuant, sed præter hæc plurima  
sunt medicamentorum genera, sub di-  
versis formis præparata, quæ ex diversis  
partibus, & per diversas vias evacuant,  
veluti sunt decocta, glandes, clysteres,  
gargarismata, potiones vomitum elicien-

tes, errhina, sudorem propellentia. Sunt item & aliæ formæ, de quibus paulo post dicemus.

3. Δῶσις sive mensura purgantium medicamentorum debet ne ea semper exhiberi que in tabellis est proposita?

Etsi est cuilibet medicamento purganti sua definita mensura seu quantitas valida expressa, quam Græci δῶσιν vocant, minime tamen promiscue omnibus corporibus ea est offerenda. Nam ut Galenus 3. Methodi medendi scribit, nihil artem Medicam & que conjecturalem efficit in agendo, quam eiusus querere mediique quantitas. Ideo non nisi conjectura quadam vera δῶσις exhibendi consequi potest, & ea nec dici, nec scribi nec percipi potest. Eodem Galeno de curandis per venæ sectionem teste.

Conjecturare itaque oportet, Primum quantitatem exhibendi remedii ex humorum evacuandorum natura. Biliosis enim & serosis humoribus evacuandis minor δῶσις, pituita autem & melancholia maior est exhibenda. Secundo ex corporum purgandorum constitutione. Corpora enim robusta, firma atque densa, non nisi valida δῶσι purgantur. Et è contra quibus ex consuetudine liquida est alvus, non tanta indigent medicamenti quantitate. Semper itaque interrogandi sunt egroti qualēm habeant constitutionem alii. Tertio ex virium

virium robore. Integris enim adhuc viribus maiorem d<sup>am</sup>agri facilius ferunt: qui autem viribus sunt destituti, à purgantibus pharmacis facile resolvuntur. Quarto ex ætate & sexu. Pueri enim & senes & fæminæ tantam purgantis pharmaci quantitatē ferre non possunt quam tam viri, hique iuniores ac ætate consitentes. His recte atque prudenter consideratis facilimum est artificiosa coniectura, vel augere vel minuere d<sup>am</sup>agri purgantium remediorum.

## SECTIO IV.

DE MEDICAMENTIS  
SINGVLIS PARTIBVS  
FAMILIARIBUS.

I. *Vitiosi humores peculiaribus partibus inhabentes, debentne omnes per alium evacuari?*

**N**ON. Quælibet enim pars principali peculiarem à natura nacta est canalem, per quem sua excrementsa deicit. In evacuandis itaque partium vitiosis humoribus debet Medicus naturam sequi, & per proxim